



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis || Slotani || Geffensis, Sacrae || Theologiae  
Profes-||soris, De retinenda fide orthodo-||xa & catholica  
aduersus hæ-||reses & sectas, & præci-||puè  
Lutherana[m], Li-||bri nouem.||**

**Slotan, Johann**

**Coloniae, 1560**

**VD16 S 6745**

Capvt VII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29875**

tio. Et quia ecclesiam impugnarunt, i-  
deo & memoriam perdiderunt, ecclesia  
autem clarius resplendet.

## CAPVT VII.

**E**T oratione 2. aduersus Iudæos:  
Quot bella, inquit, aduersus ec-  
clesiam concitata sunt, quot exercitus  
instructi, quot arma mota, quod non  
afflictionum & vindictæ genus exco-  
gitatum, sartagine, catapultâ, lebetes,  
fornaces, lacus & præcipitia, bestiarum  
dentes, maria & proscriptiones, aliaque  
innumera tormentorum genera neque  
dictis memoranda, neque factis toleranda?  
Atque hæc non tantum ab extraneis, ve-  
rum etiam à nostris domesticis. Nam ci-  
uile quoddam bellum occupat om-  
nia, vel quouis potius civili bello  
pernitiosius. Neque enim ciues mo-  
do cum ciuibus, verum etiam cogna-  
ti cum cognatis, domestici cum dome-  
sticis, amici cum amicis conflictaban-  
tur. Nihil tamen horum dissoluit eccle-  
siam, ac ne inferiorè quidē reddidit. At  
quod id sanè mirum & incredibile, quod hæc in  
ipsis statim primordijs mota sunt. Nam

*Ecclesie  
cuius bel-  
lum non  
potuit illa  
euertere.*

IOANN. SLOT. GEF.

si tum irruisset hæc acerba, posteaquã  
iam radices egerat, & per omnes mun-  
di partes plantatum esset Euangelium,  
haud perinde fuisset admirandum non  
fuisse subuersam ecclesiam. Cæterum  
cum ipso doctrinæ exordio nuper iacto  
fidei semine, teneris etiamnum audito-  
rum mentibus, tot procellæ bellorum  
eruperint, res nostras non solùm nulla  
ex parte fuisse diminutas, verùm etiam  
multam accessionem adiunctam fuisse,  
hoc nimirum superat omne miraculũ.  
Ne quis autem dicere possit, quòd nũc  
Ecclesia ob pacem à regibus præbitam  
constabilita sit, cum esset minor, quum  
videretur imbecillior, tunc illam oppu-  
gnari permisit, vti cognoscas etiã, quòd  
nunc in tuto est, non acceptum esse fe-  
rendum paci, quam præstant reges, sed  
à potentia Dei proficisci. Id quo magis  
cognoscas esse verum, reputa tecum quã  
multi conati sint apud Græcos opinio-  
nes nouas, ac peregrinas viuendi ratio-  
nes inducere, velut Zenon, Plato, Socra-  
tes, Diagoras, Pythagoras, alijque innu-  
meri, tamen adeò non vicerunt, vt plo-  
risq;

DE  
risq; ne  
Christus  
vitæ for-  
tum terr-

ETi  
Ch  
cet mare  
mouere,  
ctus, nau  
post pau  
stimulum  
retundes,  
bis, nequ  
amplius a  
metipso  
extenuat  
nihil fort  
ponit, vi  
nim, vel u  
ferre. Ho  
se vinctes,  
cere null  
qui est or  
mur dom  
sumus? D

risq; ne de nomine quidem sint noti. Christus autem non modò præscripsit vitæ formam, verùm etiam hanc per totum terrarum orbem plantauit.

## CAPVT VIII.

**E**T in homilia, cum de expulsionẽ Chrysoſtomi ageretur: Inſaniam licet mare (inquit) petram non poteſt cõ mouere, inſurgant quantumlibet fluctus, nauis Ieſu obrui non poteſt. Et poſt pauca: Durum tibi erit aduerſum ſtimulum calcitrare, quia non ſtimulũ retundes, ſed pedes calcitrans vulnerabis, neque fluctus qui ſaxo illiduntur, amplius aliquid proficient, quàm vt ſemetipſos fracti diſſoluant, & in ſpumas extenuati depercant. Chriſti eccleſia nihil fortius, ſi quis eam impugnare proponit, vires atterat neceſſe eſt, tale eſt enim, velut ſi cælo bellum meditetur inferre. Homini ſi bellum inferas, fortaiſe vinces, at fortè vinceris, eccleſiã vincere nulla vis poterit. Deus eſt eccleſia, qui eſt omnibus fortior. Aut æmulamur dominum. Nunquid fortiores illo ſumus? Deus fundauit hoc, quod labe